



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ
Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Qvaestio LIII. De corruptione, & diminutione habituum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)

mento proprie sum- pro dicitur: hoc au- te de quo loquimur augmentum,metapho- rice dicitur augmen- tum proprie vero est motus in eis, sed ea potius ratione, qz actus elicitus ab ha- bitu inchoato, & sub- iectu disponit pre- parans ipsum ad per- fectum sortiendu ha- bitum: & perfectior est, cum ex tota virtu- te habitus procedit, ita ut ad perfectione maiorem deducere possit habitum.

procedentes dimi- nuunt ipsum, utpote, cum negli- genter fiunt. ergo non omnis actus habitum auget.

RESPON. Dicendum, quod similes actus simi- les habitus causant, ut dicitur in 2. *Eth. Similitudo autem & dissimilitudo non solum attenditur secun- dum qualitatem candem uel diuersam, sed etiam se- cundum eundem uel diuersum participationis mo- dum. Est n. dissimile non solum nigrum albo, sed et minus album magis albo: nam etiam motus fit a mi- nus albo in magis album, tanquam ex opposito in oppositum, ut dicitur in 5. Phil. Quia uero usus ha- bituum in uoluntate hominis consistit, ut ex supra- dictis patet, sicut contingit qd aliquis habens habitum non utitur illo, uel et agit actum contrarium: ita etia pot contingere quod utitur habitu secundum actum non respondentem proportionaliter intensiioni ha- bitus. Si igit intensio actus proportionaliter aequat in- tensiioni habitus, uel et superexcedat, quilibet actus uel auget habitum, uel disponit ad augmentum ipsius, ut loquamur de augmento habituum ad similitudi- nem augmenti animalis. Non. n. quodlibet alimen- tum assumptum actum auget animal, sicut nec quilibet gutta cauat lapidem, sed multiplicato alimento tandem fit augmentum: ita et multiplicatis actibus cre- scit habitus. Si uero intensio actus proportionaliter deficiat ab intensiione habitus, talis actus non dispo- nit augmentum habitus, sed magis ad diminutionem ipsius. Et per hoc patet responsio ad obiecta.

QVAESTIO LIII.

De corruptione & diminutione habi- tum, in tres articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de diminutione & cor- ruptione habituum.

ET circa hoc querunt tria.

Primo. Vtrum habitus corrum- pi possit.

Secundo. Vtrum possit dimi- nuui.

Tertio. De modo corruptionis & diminutionis.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum habitus corrum- pi possit.

ADPRIMUM sic proceditur: Videtur, quod habitus cor- rum- pi non possit. Habitus. n. inest sicut natura quaedam. vn operatio-

nes secundum habitum sunt de- lectabiles, sed natura non corru- pitur manente eo cuius est natu- ra. ergo neque habitus corrum- pi potest manente subiecto.

2. Præter. Omnis corruptio for- mae uel est per corruptionem sub- iecti, uel est a contrario, sicut ag- ritudo corrum- pitur corrupto animali, uel etiam superueniente sanitate, sed scientia, quae est qdā habitus, non pot corrum- pi cor- ruptionem subiecti: quia intelle- ctus est subiectum eius, est sub- stantia quaedam, & non corrum- pitur, ut dicitur in 1. * de Anima. Et si- militer et non pot corrum- pi a co- trario; nā species intelligibiles non sunt adinuicem contrariae, ut dicitur in 7. * Metaph. ergo habitus scientiae nullo modo corrum- pi potest.

3. Præter. Omnis corruptio est per aliquem motum, sed habitus scientiae qui est in anima, non pot corrum- pi per motum per se ipsius anime, quia anima per se non mo- uetur, mouetur autem per accidens per motum corporis. nulla autem transmutatio corporalis uidetur posse corrum- pere species intelli- gibiles existentes in intellectu, cum intellectus sit per se locus specie- rum sine corpore, unde ponitur quod nec per senium, nec per mortem corrum- puntur habitus. ergo scientia corrum- pi non pot, & per conse- quens nec habitus uirtutis, qui est in anima rationali, & sicut Phi- losop. dicit in 1. * Ethic. Virtutes sunt permanentiores disciplinis.

SED CONTRA est, quod Phil. dicit in lib. * de longitu. & breui- tate uite, quod scientiae corruptio est obliuio & deceptio. peccando et aliquis habitum uirtutis amittit, & ex contrariis actibus uirtutes gene- rant & corrum- punt, ut dicitur in 2. * Ethic.

RESPON. Dicendum, quod sicut in se dicitur aliqua forma corrum- pi per contrarium suum, per acci- dens aut, per corruptionem sui subiecti. Si igitur fuerit aliquis ha- bitus, cuius subiectum est corru- ptibile, & cuius causa habet contrarium utroque modo corrum- pi poterit: si- cut patet de habitibus corporalibus. s. sanitate & agritudine. Illi uero habitus, quorum subiectum est incorruptibile, non possunt cor- rum- pi per accidens. Sunt tamen habitus quidam, qui etsi principaliter sint in subiecto incorruptibili, secun- dario tamen sunt in subiecto corrupti- bili, sicut habitus scientiae, qui prin- cipaliter est quidem in intellectu possibili, secundario autem in uiribus ap- phensiuis sensitiuis, ut supra dictum est. Et ideo ex parte intellectus possi- bilis habitus scientiae, non pot corrum- pi.

Prima Secundae S. Thomae.

sed materiam causa esse ea quae sunt in parte sensitua, ad ea quae sunt intellectus: pp quod etiam hic ex parte subiecti po- tuit hoc secundarium subiectum, ipsa uo- cans, quae tu celsi in- genti non pertransi- bis ieiunus. Aduerte quoque ex eodem ar. quod hinc expres- se plures habes, un- habitum scientiae in nobis non esse spes- cies intelligibiles ac- cipias. ill. n. & singu- le & omnes carent contrariis, scientia autem non, ut in litera dicitur. Aduerte tertio ex se- cundo articulo, quod author undique affluens propriis ratio- nibus, non solum ad naturam rei reddit rationem intensio- nis & remissionis, sed ad res sic signifi- catas, puta concreta uel abstracte ex eade- ra radice descendit.

In responsione ad tertium postremo in articulo tertio scrup- ulus occurrens. No- uitiis remouendus est. uidetur. n. contra- riarum hic tertius arti- culus primo in res- ponsione ad tertium, dum ibi dicitur, quod scientia ex corpora- libus moribus non corrum- pitur in se, sed in suo actu impe- ditur, ut patet in e- briticis uero confir- matur in responsione ad ultimum, quod scientia corrum- pitur propter mutationem, cui subiacent uires apprehensiuae inter- iores quae subsunt tempore. Ad hoc n. dicendum est, quod dili- gentius perfecta uerba litera sibi in- uicem non aduersa- tur. Primum enim dictum loquitur de motibus partis inter- ioris sensituae tan- tum: secundum autem de eisdem ut pariter, uel coepescunt contra- rias causas habituum. & intendit author quod impedimenta partis sensituae, si non ultra progressa- tur, non corrum- pit scientiam, sed actum eius: & ideo remanet post mortem: si autem uel per diuturnam cessationem, uel pos- sitiuam imaginatio- nem ad hoc progres- sionem, quod propo- sitiones contrariae aut syllogismus fiat: qua-

tex. 65. to. 2.

tex. 52. to. 3.

Ca. 10. 1. me- dio tom. 5.

ca. 2. no mul- tum a prin- tom. 2.

Ca. 3. in fi. & c. 1. & 2. to- mo 5.

q. 50. art. 3. ad 3.

quis ex parte sensitiva inchoet tantum corruptio hac. Efficaciter tamen corrumpitur scientia per huiusmodi oblivione uel deceptionem, ut in littera dicitur in 1. articulo.

pi per accidens, sed solum ex parte inferiorum uirum sensituaru. Est igitur considerandum, si possunt huiusmodi habitus per se corrumpi. Si igitur fuerit aliquis habitus qui habeat aliquod contrarium uel ex parte sua, uel ex parte ipsius uero non habet contrarium,

non poterit per se corrumpi. Manifestum est autem, quod species intelligibilis in intellectu possibili existens, non habet aliquid contrarium; neque iterum in intellectu agente, qui est causa eius, potest aliquid esse contrarium. Unde si aliquis habitus sit in intellectu possibili immediate ab intellectu agente causatus, talis habitus est incorruptibilis & per se, & per accidens. huiusmodi autem sunt habitus primorum principiorum tantum speculabilium, quam practicum, qui nulla oblivione, uel deceptione corrumpi possunt, sicut Philosophus dicit in 6. Eth. de prudentia, quod non perditur per oblivione. Aliquis uero habitus est in intellectu possibili ex ratione causatus. habitus conclusionum sunt scientia, cuius causae dupliciter potest aliquid contrarium esse. Vno modo, ex parte ipsarum propositionum, ex quibus ratio procedit; etenim enuntiationi, quae est, Bonum est bonum, contraria est ea quae est, Bonum non est bonum, secundum Philosophum in 2. Perihier. Alio modo, quantum ad ipsum pro cessum rationis, puta syllogismus sophisticus opponitur syllogismo dialectico, uel demonstratio. Sic igitur patet, quod per falsam rationem potest corrumpi habitus uere opinionis, aut etiam scientiae. unde Philosophus dicit, quod deceptio est corruptio scientiae, sicut supra dictum est. Virtutum uero quaedam sunt intellectuales, quae sunt in ipsa ratione, ut dicitur in 6. Ethic de quibus est eadem ratio, quae est de scientia, uel opinione. Quaedam uero sunt in parte animae appetitiuae, quae sunt uirtutes morales: & eadem ratio de uitiis oppositis. Habitibus autem appetitiuae partis causantur per hoc, quod rationata est appetitiua partem mouere: unde per iudicium rationis in contrarium mouentis quocumque modo, siue ex ignorantia, siue ex passione, uel etiam electione, corrumpitur habitus uirtutis, uel uitii.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod sicut dicitur in 7. Eth habitus similitudinem habet naturae, deficit in ab ipsa: & ideo cum natura rei nullo modo remoueat ab ipsa, habitus difficile remouetur.

AD II. dicendum, quod si speciebus intelligibilibus non sit aliquid contrarium, enuntiationibus in & processui rationis potest aliquid esse contrarium, ut dictum est.

AD TERTIUM dicendum, quod scientia non remouetur per motum corporalem quantum ad ipsam radicem habitus, sed solum quantum ad impedimentum actus, in quantum intellectus indiget in suo actu uiribus sensitivis, quibus impedimentum affertur per corporalem transmutationem. Sed per intelligibilem motum rationis potest corrumpi habitus scientiae, etiam quantum ad ipsam radicem habitus. & similiter et potest corrumpi habitus uirtutis, tamen quod dicitur, uirtutes esse permanentiores disciplinis, intelligendum est non ex parte subiecti, uel causae, sed ex parte actus: uam uirtutum usus est continuus per totam uitam, non autem usus disciplinarum.

ARTICVLVS II.

Utrum habitus possit diminui.

AD SECUNDUM sic proceditur. Videtur, quod habitus diminui non possit. Habitibus enim est que

am qualitas & forma simplex: simplex autem aut totum habetur, aut totum amittitur. ergo habitus cui corrumpi possit, diminui non potest.

¶ 2. Præter. Omne quod conuenit accidenti, conuenit eidem secundum se, uel ratione sui subiecti: habitus autem secundum se ipsum non intenditur & remittitur, alioquin sequeretur quod aliqua species de suis in diuiduis predicaretur secundum magis & minus. si igitur secundum participationem subiecti diminui possit, sequeretur quod aliquid accidat habitui proprium, quod non sit commune ei & subiecto: cuiusque autem forma conuenit aliquid proprium præter suum subiectum, illa forma est separabilis, ut dicitur in primo de anima. sequitur ergo quod habitus sit forma separabilis, quod est impossibile.

¶ 3. Præter. Ratio & natura habitus, sicut & cuiuslibet accidentis, consistit in concretione ad subiectum, in quo & quodlibet accidens diffinitur per suum subiectum. si igitur habitus secundum se ipsum non intenditur, neque remittitur, neque est in concretione sui ad subiectum diminui poterit, & ita nullo modo diminuetur.

SED CONTRA est, quod contraria nata sunt fieri eadem: augmentum autem & diminutio sunt contraria. cum igitur habitus possit augeri, uidetur quod etiam possit diminui.

RESPOND. Dicendum, quod habitus dupliciter diminuantur sicut & augentur, ut ex supra dictis patet. Et sicut ex eadem causa augentur, ex qua generantur, ita ex eadem causa diminuantur, ex qua corrumpuntur. Nam diminutio habitus est quaedam uia ad corruptionem, sicut e conuerso, generatio habitus est quoddam fundamentum augmenti ipsius.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod habitus secundum se consideratus est forma simplex, & secundum hoc non accidit ei diminutio, sed secundum diversum modum participandi, qui prouenit ex indeterminatione potentiae ipsius participantis, quae scilicet diuersimode potest unam formam participare, uel quae potest ad plura, uel ad pauciora extendi.

AD SECUNDUM dicendum, quod ratio illa procederet, si ipsa essentia habitus nullo modo diminueretur: hoc autem non ponimus, sed quod quaedam diminutio essentiae habitus non habet principium ab habitu, sed a participante.

AD TERTIUM dicendum, quod quocumque modo significetur accidens, habet dependentiam ad subiectum secundum suam rationem, aliter tamen & aliter. Nam accidens significatum in abstracto importat habitudinem ad subiectum, quae incipit ab accidente, & terminatur ad subiectum. nam albedo dicitur, quia aliquid est album, & ideo in definitione accidentis abstracti non ponitur subiectum quasi prima pars definitionis, quae est genus, sed quasi secunda, quae est differentia. Dicimus enim quod simitas est curuitas nasi, sed in concretis incipit habitudo a subiecto, & terminatur ad accidens. dicitur enim album quod habet albedinem, propter quod in definitione huiusmodi accidentis ponitur subiectum tanquam genus, quod est prima pars definitionis. dicimus enim quod simum est nasus curuus. Sic igitur id, quod conuenit accidentibus ex parte subiecti, non autem ex ipsa ratione accidentis, non attribuitur accidenti in abstracto, sed in concreto. & huiusmodi est intensio & remissio in quibusdam accidentibus, unde albedo non dicitur magis & minus, sed album, & eadem ratio est in habitibus, & aliis qualitatibus, nisi quod quidam habitus augentur, uel diminuantur per quandam additionem, ut ex supra dictis patet.

ARTI.

Cap. 5. in fi. tom. 5.

Ca. ult. to. r.

In argu. ad oppositum. Cap. 1. to. 5.

Cap. 10. non longe ab fi. tom. 5.

in corp. ar.

D. 700.

ARTICVLVS III.

Vivum habitus corrumpatur, uel diminuat per solam cessationem ab opere.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quod habitus non corrumpatur, aut diminuat per solam cessationem ab opere. Habitus. n. permanentiores sunt, quā passibiles qualitates, ut ex supradictis apparet, sed passibiles qualitates non corrumpuntur, neque diminuantur per cessationem ab actu. nō enim albedo diminuitur, si visum non immutat, neque calor si non calefaciat. ergo neque habitus diminuantur, uel corrumpuntur per cessationem ab actu.

¶ Præter. Corruptio & diminutio sunt quædam mutationes, sed nihil mutatur absque aliqua causa mouente. cum igitur cessatio ab actu non importet aliquam causam mouentem, non uidetur, quod per cessationem ab actu possit esse diminutio, uel corruptio habitus.

¶ Præter. Habitus scientiæ & uirtutis sunt in anima intellectiua, quæ est supra tempus: ea uero quæ sunt supra tempus, non corrumpuntur, neque diminuantur per temporis diuturnitatem. ergo neque huiusmodi habitus corrumpuntur, uel diminuantur per temporis diuturnitatem, si diu aliquis absque exercitio permaneat.

SED CONTRA est, quod Philo. in li. de longitudine & breuitate uite dicit, quod corruptio scientiæ non solum est deceptio, sed etiam obliuio. & in 8. Ethic. dicitur, quod multas amicitias inappellatio dissoluit. & eadem ratione alii habitus uirtutum per cessationem ab actu diminuantur, uel tolluntur.

RESPON. Dicendum, quod sicut dicitur in 8. Physic. Aliquid potest esse mouens dupliciter. Uno modo, per se, quod mouet secundum rationem propriam formæ, sicut ignis calefacit. Alio modo per accidens sicut id, quod remouet prohibens, & hoc modo cessatio ab actu causat corruptionem, uel diminutionem habituum, in quantum. s. remouetur actus, qui prohibebat causas corruptentes, uel diminuentes habitum. Dicitur est enim, quod habitus per se corrumpuntur, uel diminuantur ex contrario agente. uñ quomuncunq; habituum contraria subcrefcunt per tempus tractum, quæ oportet subtrahi per actum ab habitu procedentem, huiusmodi habitus diminuantur, uel etiam tolluntur totaliter per diuturnam cessationem ab actu, ut patet etiam in scientia, & in uirtute. Manifestum est enim, quod habitus uirtutis moralis facit hominem promptum ad eligendum medium in operationibus & passionibus: cum autem aliquis non utitur habitu uirtutis ad moderandas passiones, uel operationes proprias, necesse est quod proueniant multæ passiones, & operationes præter modum uirtutis ex inclinatione appetitus sensitiui & aliorum, quæ exterius mouent; unde corrumpitur uirtus, uel diminuitur per cessationem ab actu. Similiter etiam est ex parte habituum intellectiualium, secundum quos est homo promptus ad recte iudicandum de imaginatis. Cum igitur homo cessat ab usu intellectiualis habitus, insurgunt imaginationes extraneæ, & quandoque ad contrarium ducentes, ita quod nisi per frequentem usum intellectiualis habitus quodammodo succidantur, uel comprimantur, redditur homo minus aptus ad recte iudicandum, & quandoque totaliter disponitur ad contrarium: & sic per cessationem ab actu diminuitur, uel etiam corrumpitur intellectiualis habitus.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod ita etiam calor per cessationem a calefaciendo corrumpitur, si per

hoc increfceret frigidum, quod est calidi corruptiuum. AD SECUNDVM Dicendum, quod cessatio ab actu est remouens ad corruptionem, uel diminutionem, sicut remouens prohibens, ut dictum est.

AD TERTIVM Dicendum, quod pars intellectiua animæ secundum se est supra tempus, sed pars sensitiua subiaccet tempori, & ideo per temporis cursum transmutatur quantum ad passiones appetitiuæ partem, & etiam quantum ad uires apprehensiuas. unde Philosophus dicit in 4. Physic. quod tempus est causa obliuionis.

In corp. art.

Text. 117. & 118. co. 2.

QVAESTIO LIIII.

De distinctione habituum, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de distinctione habituum.

CIRCA hoc queruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum multi habitus possint esse in una potentia.

¶ Secundo, Vtrum habitus distinguantur secundum obiecta.

¶ Tertio, Vtrum habitus distinguantur secundum bonum & malum.

¶ Quarto, Vtrum unus habitus ex multis habitibus constituitur.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum multi habitus possint esse in una potentia.

AD PRIMVM sic proceditur.

Videtur, quod non possint esse multi habitus in una potentia. Eorum. n. q̄ secundum idem distinguunt, multiplicato uno multiplicat & alius: sed secundum idem potentia & habitus distinguuntur. s. secundum actum & obiecta. similiter ergo multiplicatur. nō ergo possunt esse multi habitus in una potentia.

¶ Præter. Potentia est uirtus quædam simplex, sed in uno subiecto simplici non potest esse diuersitas accidentium, quia subiectum est causa accidentis; ab uno autem simplici non uidetur procedere nisi unum, ergo in una potentia non possunt esse multi habitus.

¶ Præter. Sicut corpus formatur per figuram, ita potentia formatur per habitum, sed unum corpus nō potest simul formari diuersis figuris; ergo neque una potentia potest simul formari diuersis habitibus. nō ergo plures habitus possunt simul esse in una potentia.

SED CONTRA est, quod intellectus est una potentia, in qua sunt diuersarum scientiarum habitus.

RESPON. Dicendum, quod sicut

Super quest. quinquagesima quarta articulum primum.

In 1. ar. q. 5. ad uer. te Nouit, ne fallax in similitudine habitudinis materæ ad formam atque agens; & potentia ad habitum, atque obiectum. Inducitur enim, & tenet quantum ad determinationem, ad unitatemque actus ab uno agente, sed non est extendenda ad unitatem materæ, nam oppositum intenti sequeretur. s. quod sicut in una materia non potest simile esse nisi una forma, sic nec in una potentia plures habitus. Similiter non est extendenda ad proportionem formæ & habitus quod ad similitudinem, propter eandem causam, unde est causa, ut proportionalis similitudo quod ad explicita tantum in littera intelligatur, & non falleris.

In responsione ad primum eiusdem primi articuli aduerte, quod littera non dicit quod omnis diuersitas generica obiectorum constituat diuersitatem potentiarum, quoniam hoc manifeste est falsum, nam mathematica, & metaphisica, & naturalis, & moralis manifeste habent obiecta diuersorum generum, de theologia quoque in principio primæ partis dicitur, quod distinguitur genere a mathematica. & uere sic est, quia distinguuntur genere scibili, sed fat est huic litteræ, quod diuersitas aliqua obiectorum generica constituat diuersitatem potentiarum. Præterea enim responsio in hoc stat, quod diuersitas potentiarum est necessario generica, habituum

2. 2. q. 47. ar. 5. cor. & 3. di. 33. q. 1. ar. 1. q. 1. cor. & dist. 35. q. 2. ar. 3. q. 2. ad 3. & uer. q. 1. ar. 2. ad 4. 1. ar. 12. ad 4.